Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Si ipsa est claritas ad quam perducitur regnum. quomodo transitu
seculi hui⁹ colligit⁹. Ducit⁹ enim ad quandam visionem ineffabile. quam non
merebunt impii. Certum forma serui cum hic esset visa est ab impiis. Vide-
runt eam et qui crediderunt. videtur et qui occiderunt. Hec aliquid magnum puta-
tis videri forma illa. viderunt amici. videtur et inimici. Et quidam viden-
tes nihil fecerunt. quidam non videntes crediderunt. Hanc quoque forma serui quia hic
tam inhumilitate viderunt pii et impii. videbunt in iudicio et pii et im-
pii. Cum enim dnus ab oculis discipulorum suorum ferretur in celum. sonuit vox an-
gelica intuentibus; eum. Viri galilei quid statis intuentes in celum. Iste ihc sic
veniet. quomodo eum vidistis euntem in celum. Sic quoque sic in eadem forma. et de im-
piis dictum est. videbunt in quem pupugerunt. Videbunt iudicaturum. quem
irriserunt iudicandum. Ipsa itaq; forma serui in iudicio. conspicua erit et
iustis et iniustis. et piis et impiis. et fidelibus et infidelibus. Quid quoque impii
non videbunt. Nam de quibus dictum est videbunt in quem pupugerunt. de ipsis
rursus dictum est. tollatur impius ne videat claritatem dei. Quid est hoc fratres. Dis-
cernamus. discamus. Exercetur impius ut aliquid sit usurus. tollitur impius ut aliquid
non videat. Iam quid sit usurus ostendunt. forma illa de qua dictum est sic
veniet. Quid quoque non est usurus. Et ostendam me ipsum illis. Quid est me ipsum.
Non forma serui. Quid est me ipsum. Forma dei. in qua non rapinam arbitra-
tus sum esse equalis deo. Quid est me ipsum. Dum filius dei sum. et non diu appa-
ruit quid erum. Sed cum et cum apparuerit similes ei erunt. qui videbunt eum si-
cut est. Hec claritas dei est ineffabilis lux. fons lucis sine commutabilitate.
veritas sine defectu. sapientia in se ipsa manens innouans omnia. Hec
substantia dei est. Itaq; tollatur impius ut non videat hunc honorem dei. Beati
mundi corde. quia ipsi dm videbunt. Videtur quoque in fratribus quantum nos
capacitatem dnus impertiri dignatur. de ipso tempore. si tamen dicendum est tpe. quo
dam enim tempore veniam summus ad dnm tempus. unde minus videtur dictum. quod sine
iudicio dicam. siquis intelligere aliquid melius expedit. probabilius possit.
unde minus videtur dictum. tecum principium in die virtutis tue. Denique hoc tan
tum puto. uersu consequentis satis explanat. Quia enim et hic dicta est virtus
ei. qua subiecit gentes iugo suo. qua strauit ipsos. non ferro. sed ligno. et si
in carne. et si in humilitate. et si adhuc quantum seruilis forma patitur.
caput tuum magna virtus est. et quod infirmum est dei. fortius est hominibus. Quia
quoque dicta est hic virtus ei. quam commendat dicendo. virga virtutis tue
emittet dnus ex syon. dominare in medio inimicorum tuorum. quanta enim vir
tus ei. dnans in medio inimicorum suorum pstrepentium. nihil cont cum ua